

ratione: aut quæ est res quædam, & sic relationes differunt in personis: quoniam comparatæ ad essentiam, relationes idem sunt re, sed differunt ratione, quæ solum est ratio à parte ratiocinantis: comparatæ verò ad obiectum, respectu cuius sunt relationes hoc est, ad suum correlatum, differunt re: modo quoque habendi se, habentes naturam verissimam, & effectum relationis. Ideo sunt distinctiue personarum realiter. Relationis enim oppositio, præsertim secundum originem, requirit suppositorum differentiam. Hæc Petrus.

**Richardus.** ¶ Hinc secundum Richardum, Personæ in diuinis sunt distincte realiter, tamen secundum rem relationum, non absolutam. Res namque est nomen transcendens, commune ad relationum, & absolutum.

**Aegidius.** ¶ Circa hæc prolixè scribit Aegidius: Esse, inquit, aliquorum suppositorum impliciter plurificatur. Primum, ex diuersitate naturæ. cum enim esse sit actus essentie, vel nature secundum diuersas naturas, oportet esse diuersa esse. Secundò, ex distantia ipsius esse à natura: quia si esse distat à natura, tunc natura non est suum esse, sed esse quod habet, est esse, quod acquirit in supposito. Si ergo plura sint supposita, sic propter distantiam, vel differentiam, quam habet esse ad naturam, necesse est ipsum esse plurificari in ipsis. Tertio, ex diuersitate eorum, quæ in suppositis habent esse. Si enim aliqua sunt in isto supposito, quæ differunt numero ab his, quæ sunt in alio supposito, cū ea, quæ sunt in vno supposito, dicantur vnum numero, vel subiecto, propter vnum esse suppositi: si fuerint aliqua in vno supposito, quæ differant numero ab his, quæ habent esse in alio supposito, oportet in illis suppositis aliud, & aliud esse reperiri. Si verò essent aliqua plura supposita, in quibus esset vna natura, nec esse differret ab illa, non distingerentur per ea, quorum ratio acciperetur in eo, quod est esse in supposito. Posset tamen inter ea saluari talis distinctio, ipso esse non plurificato. Et quia diuina supposita quamuis sint plura, habent tamen eandem naturam propter eorum summam simplicitatem: nec distinguuntur per aliquid, quod sit in vno, & non in alio, sed solum per ad aliquid. ad aliquid autem non habet diuersitatem ipsum esse, per se loquendo, cum ratio eius, vt sic, solum in comparatione ad aliud accipiatur. & quia diuificatio ipsius esse non potest pluribus accipi modis, diuina supposita secundum se habent idem esse referuata personali distinctione, cum tota distinctio inter ea ex relatione sumatur, & non ex esse relationis, sed ex ratione relationis, cuius ratio sumitur non in eo, quod est esse, sed ad aliud se habere: quæ ratio cum sit originis, & talis ratio sit realis, vt ex quinto Metaphysicæ patet, relatiua supposita p eas possunt distinguí, referuata vnitare esse. Et quoniam in diuinis est idem esse, eademque natura, constat quod per rationes naturales humanas probari non potest, impossibile esse, quod diuina personæ distinguantur realiter non re absoluta, sed relatiua. Hæc Aegidius.

**Dionysius.** ¶ Cuius verba sunt caute sumenda, præsertim quod ad diuina supposita non distinguí per aliquid, quod sit in vno, & non in alio. Constat namque quod patet distinguatur à filio paternitate, quæ est in patre, & non in filio: similiter filius à patre filiatione, quæ est in filio, non in patre. Imò in qualibet diuina adoranda superessentiali, & supergloriosa persona, est distinctiua proprietatis relatiua, qua differat ab alijs. Veruntamen nihil absolutum est in vna, quod non in alia.

**Gádanus.** ¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

¶ Insuper Henricus quo libero loquitur sexto:

In eadem natura non possunt esse plura supposita absoluta, nisi participatione illius nature, quod im possibile est fieri in deitatis natura: quoniam deitas cum sit singularitas quædam, vt alibi habitum est, non potest partiiri partitione vniuersalis. Hinc si suppositum innascibile, scilicet pater, dicatur absolutum, sicut Philosophi posuerunt vnum deitatis suppositum, non posset pater esse vnus Deus cum filio, & spiritu sancto. Vnde heretici, vt Arrius, atque Sabellius, qui posuerunt patrem esse suppositum absolutum, necesse habebant errare circa diuinarum distinctionem personarum, vel diuidendo, vel confundendo personas. Vnde cum Arrius non potuit ponere plures personas eiusdem essentie in Trinitate, posuit filium, & spiritum alterius nature, & esse duas nobilissimas creaturas, quas secundum impium illum pater creauit, & donis gratiæ super cæteras sublimauit. Sabellius verò posuit plures personas in deitatis natura, & cum has voluit ponere absolutas dixit quod pater, & filius, & spiritus sanctus solo nomine distinguerentur: & quod Deus, cum vellet, esset pater: cum vellet, esset filius: & cum vellet, esset spiritus sanctus. Hæc Henricus.

¶ Quo circa sciendum, quod reprobissimus Arrius dixit solum filium à patre immediatè esse creatum, & esse ministrum patris: ac spiritum sanctum esse creatum à filio, & filij esse ministrum, vt Augustinus in libro contra Arrianos, & Leo Papa in homilia, ac Thomas in Summa contra gentiles libro quarto testantur.

¶ At verò Scotus circa dicta Henrici aliter sentit dicendo: Ostendendum est, quod non sunt plures personæ non productæ, sed tantum vna. sed hoc mihi difficile. Quidam tamen ostendunt hoc, sicut ostendunt esse vnum Deum duntaxat, & sicut ostendit deneniendum esse ad vnam primam causam, & quia oportet in producendis esse statum. Item confirmat hoc per Hilariu in lib. de Synodis asserentè: Qui continentur esse plures innascibiles, continentur esse plures Deos. Item sic arguit: Si essent plures personæ productæ, non productæ, aut essent supposita absoluta, aut relatiua: non absoluta, quoniam eadem natura non potest esse in diuersis personis absolutis, nisi diuidatur. Natura aut diuina non potest diuidi, nec plurificari, nec relatiua: quia aut distinguerent relationibus ad producta: quod dici non potest, quia vna generatione producit verbum, nec relationibus ad alios productæ, quia non est ab alijs: & relationes originis solum distinguunt in diuinis. Sed istæ rationes contra aduersarium necessariò non concludunt. Non prima, quod tantum est creditæ, non probata. Ad aliud diceret, quod quauis sint ibi plura supposita prima absoluta producta, non producta, non sequitur quod diuina diuidat natura. Nam modo sunt plures personæ subsistentes, & hoc essentie perfectionis, non relationi ascribitur, nec uti essentia in eis diuidit. Hæc Scotus.

¶ Quo circa vñ dicendum, quod eisdem rationibus, quibus probat idonee vñ esse tantummodo Deum, & vnam primam causam, efficaciter comprobatur, quod non sit nisi vna persona diuina producens, non producta: quia in omni pluralitate, ordine, ac multitudine, necesse est deuenire ad vnum simpliciter primum,

Deitas in paribilibus.

Arrii error.

Sabellij error.

Dionysius.

Scotus contra Gaudium.

Hilarius.

Dionysius contra Scotum.